Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



·c. lxlvii·

A sumpta est maria m de lum gau der exer ci tus angelo rum. Secuncia. Gaudent angelorum chori gloriose virgini. Que sine viri commixtione genuit. Filium qui suo mundum amore mediat. Nam ipsa letatur quod celi iam conspicatur principem. Intereris cui quondam suggendas virgo mamillas prebuit. Quam celebris angelis gaudia ibi mater circulitur. Qui filii illius debitos se cognoscunt famulos. Qua gloria in celis ista virgo coluitur. Que domino celi prebuit hospicium sui sanctissimi corporis. Quam splendida polo stella maris illuxit. Que omnium lumen astrorum et hominum atque spiritum genuit. Te celi regina hec plebecula pius concelebrat mentibus. Te canticis melodo sup etherea vita cum angelis eleuat. Te libri virgo concinunt ypheratum chorus iubilat sacerdotum apli xpique martires predicant. Te plebis serius sequitur vniusque uitam diligens virginalem celicolas in castimonia emulans. Celia ergo cancta te cordibus teque carminibus celebrat. Tibi suam manifestat deuocionem petrii te supplici implorans gaudia. Vt sibi auxilio circa xpm dnm esse digneris peccum. Sedm Lucam.

In illo tp. Intrauit ihs in quoddam castellum. et mulier quedam martha nomine. excepit illum in domum suam. Et huic erat soror. nomine maria. Que etiam sedens secus pedes domini. audiebat verbum illius. Martha autem. satagebat circa frequens ministerium. Que stetit et ait. Domine. non te tibi cure. quod soror mea reliquit me solam ministrare. Dic ergo illi. ut me adiuuet. Et respondens. dixit illi dns. Martha martha sollicita es. et turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit que nō auferetur abea. Credo in vnum dm. Off. A sumpta est ma ria